

## PARS TERTIA.

---

## APPENDICES.

---

EPISTOLA PATRUM AD SUMMUM PONTIFICEM.

*SSmo Domino Nostro Leoni PP. XIII.*

BEATISSIME PATER,

“ Petrus in Ecclesia Christi semper vivit ; Petrus in  
“ Sancta Sede Romana semper sedet ; Petrus in singu-  
“ lis successoribus loquitur, ut in omnem terram exeat  
“ vox ejus et in fines orbis terræ verba ejus.”

Ita in Concilio Quarto Quebecensi nos ipsi, vel præde-  
cessores nostri, loquebamur, ex toto corde credentes et  
aperte profitentes cum Sancto oecumenico Concilio Flo-  
rentino : “ Romanum Pontificem in universum orbem  
“ tenere primatum, et ipsum Pontificem Romanum suc-  
“ cessorem esse beati Petri, Apostolorum Principis, et  
“ verum Christi Vicarium et omnium christianorum  
“ patrem ac doctorem existere ; et ipsi in beato Petro  
“ pascendi, regendi ac gubernandi universalem Eccle-  
“ siam, a Domino Nostro Jesu Christo plenam potesta-  
“ tem traditam esse, quemadmodum etiam in gestis cœcu-  
“ menicorum Conciliorum et in sacris canonibus conti-  
“ netur.”

Hanc eamdem vocem ex intimo corde proferentes, in  
Concilio Quebecensi Sexto coadunati, Paternitatem Ves-